

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Q. Horatii || Flacci Sermo-||nvm, sev Satyra-||rvm, sev  
Eclogarvm libri || duo: Epistolarum li-||bri totidem.**

**Horatius Flaccus, Quintus**

**Francofurti ad Moenum, 1577**

15. Ad C. Numonium Valam

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-306](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-306)

A & Lucret. lib. 6. *Vt spatium cali quadam de parte venenet.*

CVM SERVIS VRB. DIAR.] tu contra rusticus in vrbe viuere maus. diariū, victus est diurnus. Cic. ad Attic. lib. 8. *eo modo autem ambulat Caesar, & iis diariis militum celeritatem incitat, vt timeat, ne citius, quam opus sit, ad Brundisium accesserit.*

RODERE] *σρώζειν* significat victum aridum, & sollicitum, itaque verbo vsus est muribus conuenienti potius, quam hominibus. Notat hic Porphyrio, *non cum seruis maus, sed cum seruis rodere maus.*

HORVM TV IN NVMER.] in numerum seruorum vrbanoꝝ.

CALIO] qui lignum domi non habet: qui it lignatum foras. Calones (inquit Festus) *militum serui dicti, quia ligneas clauas gerebant, quas Graci *κάλια* vocant. Cala* (inquit Seruius in 6. *Aeneid.*) *dicebant maiores nostri fusteis, quos portabant serui sequentes dominos ad proelium.* M. Tull. lib. 3. de natur. Deor. *Eos [Tyndaridas] tu canterius albis, nullis calonibus obuiam Vatiemo venisse existimas.*

B ARGVTVS] astutus, follers, callidus, vafer.

OPTAT EPHIPPIA BOS FIG. OPT. AR.] *Ephippium* (inquit Nonius) *tegmen equi ad mollem vecturam paratū.* Acron notat, aliis ephippia esse sagmata, id est, onera, aliis ea, quæ propè iugum equis curulibus imponuntur. prouerbium conuenit in eos, qui muneris functionem, & conditionem sibi accommodatam, fastidiūt: alienam, & ad quam inepti sunt, expetunt. M. Tull. ad Attic. lib. 5. *Clitella boni sunt imposta. planè non est nostrū onus, sed feremus. modò, si me amas, sim annuus.* Cum his congruit illud Pindari, quod refert Plutarch. *ἐν τῷ ἀεὶ εὐθυμίας, ὑφ' ἄρμασιν ἵππος, ἐν δ' ἀρότρῳ βῆς· παρὰ ναυῶ ἰθὺς ἐπὶ δελφίσι καὶ τρωῶν δὲ βουλευόντα φόρον κούα δὲ θλάθυμον ἐξευρεῖν.* i. equus curui aptus est, bos aratro: Delphinus præter nauem celerimè, & concitatissimè rapitur: ei autem, qui a pro necem meditetur, canis repertiendus est generosus, & laboriosus, qui aprū adoriti audeat. Ephippium porrò equi tergo imponitur, vt in eo infidès commodius vehatur eques. at ipsa boum terga (vt scribit M. Tull. lib. de natur. Deor. secundo) *decla- rant non esse se ad onus accipiendum figurata: ceruices autem nata ad iugum: tum vires humerorum & latitudines ad aratra extrahenda.* Eodem pertinet illud Maximi Tyrij, *λόγω ἡβ. φέρε, εἴ τις ἐπιχείρει τὸν βοῦν ὑπολύσας τῶν ἀρότρων καὶ τὸν ἵππον τῶν ἀρμάτων ὑπαλλάξας ἐκατέρω τῶ ἐργασίαν, ὑπαγαγὼν τὸν μὲν βοῦν τῷ ἄρματι, τὸν δὲ ἵππον τῷ ἀρότρῳ, ἄρ' ἐκ ἀνῆν ἡρώδης μὲν τὴν φύσιν παρὲν ἡμῶν, ἡρώδης δὲ τὰ ζῶα αὐτὰ ὑβείσης, ἡρώδης δὲ τὰς τέχνας ἀμαθῆς, ἡρώδης δὲ τὴν χεῖραν ἀκερδῆς, ἡρώδης δὲ τὴν ὑπηρεσίαν καταγέλαστος?* id est, Age, si quis conaretur boue diiuncto ab aratris, & equo à curribus, commutata vtriusque opera, subiungere bouem curui, equum aratro, nonne esset in naturam quidem exlex atque iniustus, in ipsa animalia autem contumeliosus, ad arteis autem rudis atque indoctus, ad vsum verò atque vtilitatem quaestus faciendi ignarus, ad ministerium autem ridiculus?

C

BOS FIGER,] qui ad arandum natus est, non ad vehendum, neque ad cursum, vt equus. Itaque

appellatur à Gracis ἀροτήρ, id est arator. Hesiod. *ἔργ. καὶ ἡμ. Οἶκον μὲν παρ' ὧντα, γυναῖκα τε, βοῦν τ' ἀροτήρα.* id est, domum primū, & mulierem, & bouem aratorem. & Aratus, *πρωτοὶ δὲ βοῶν ἐπάσαντ' ἀροτήρων:* id est, primi autem gustarunt boues aratores.

QVAM SCIT VTERQVE, LIBENS] prouerbium est vulgatissimum: *Quam quisque didicit, eam artem exerceat.* Aristophanes in Vespis, *Ἐρδαι πῶς ἕκαστος εἰδὲν τέχνην.* apud Ath. lib. 8. in illo Stratonici, hominis falsissimi respōso ad harmonicum illum, qui antea hortorum custos fuerat, cum eo de harmoniis disputantem, scriptum est, *ἄρδαι πῶς,* non *ἔρδαι πῶς,* leui immutatione facta, propter eius in quem dicebatur, personam, vitur & M. Tull. epist. ad Attic. eod. lib. quem proximè citauit. *O rem minime aptam, meis moribus, ὃ illum verum, ἔρδαι πῶς.*

15. AD C. NVMO-  
nium Valam.

QVÆ sit hiems Velia, quod calum Vala Salerni:

Quorum hominum regio, & qualis via: (nam mihi Baias

Musa superuacuas Antonius: & tamen illis (vnda

Me facit inuisum, gelida cum perluor Per mediū frigus. sanè myrteta relinqui,

Dictaq; cessantem neruis elidere morbū Sulfura contemni, vicus gemit, inuidus

egris, (tibus audent Qui caput, & stomachum supponere fon

Clusinis: Gabiosq; petūt, & frigida rura. Mutandus locus est: & deuersoria nota

Præteragendus equus. quò tendis? non mihi Cumas (bena

Est iter, aut Baias, leua stomachosus ha- Dicet eques. sed equi frenato est auris in

ore) (pascat: Maior utrum populum frumenti copia

Collectosne bibant imbreis, puteosne peremneis

Dulcis aqua: nam vina nihil moror illius ora. (que:

Rure meo possum quiduis perferre, pati- Ad mare cum veni, generosum, & lene

requiro: (manet Quod curas abigat, quod cum spe diuite

In

A *Invenas, animúmque meum: quod verba  
ministret:*

*Quod me Lucana iuuenem commendet  
amica.*

*Tractus vter plures lepores, vter éducet  
apros:*

*Vtra magis pisceis, & echinos æquora  
celent:*

*Pinguis vt inde domum possim, Phæaxq;  
reuertri: (est.*

*Scribere te nobis, tibi nos accredere par  
Menius, vt rebus maternis, atq; paternis  
Fortiter absuntis, urbanus cœpit haberi,  
Scurra vagus, non qui certum præsepe te  
neret:*

B *Impræsus nõ qui ciuem dignosceret hoste:  
Qualibet in quemuis opprobria fingere  
seuus:*

*Pernicies, & tempestas, barathrumque  
macelli, (uaro.*

*Quicquid quæsierat, ventri donabat a-  
Hic, vbi nequitia fautoribus, & timidis  
nil,*

*Aut paululum abstulerat, patinas cenabat  
omasi,*

*Vilis & agnina, tribus vrsis quod satis  
esset.*

*Scilicet vt vètres lamna cādente nepotũ  
Diceret vrēdos correctus. Menius idem*

C *Quicquid erat naçtus prædæ maioris, v-  
bi omne*

*Verterat in fumum, & cinerem: non her-  
cule miror,*

*Aiebat, si qui comedũt bona, cum sit obeso  
Nil melius turdo: nil vulua pulchrius  
ampla.*

*Nimirum hic ego sum. nam tuta, & par-  
uula laudo,*

*Cum res deficiunt: satis inter vilia fortis.  
Verũ, vbi quid melius contingit, & vn-  
ctius, idem*

*Vos sapere, & solos aio benè viuere, quorũ  
Cõspicitur nitidis fundata pecunia villis.*

AD C. NUMON.] Primũ hanc inscriptionem præ se ferunt omnes ferè codices manuscr. & quos in Italia, & quos in Gallia mea vidi. Deinde Fuluius Ursinus, homo & humanissimus, & Græcarum litterarum cognitione præstantissimus mihi ostendit domi suæ argenteum nummũ hac ipsa inscriptione, C. NUMONIVS VAALLA gemino A. A. similẽmque & planè geminum domi suæ mihi ostendit Clemens Teuchinus, quem supra commemoravi. ego tamen Valam excudendum curavi, vnico A. in ceteris, nummorum illorum inscriptionem secutus sum.

QUÆ SIT HIEMS VELIÆ, QVOD, &c.] hæc referenda sunt ad versum, qui est infra, *Scribere te nobis, &c.* ea autem, quæ statim sequuntur, nam mihi Baias Musa, &c. vique ad versum, *Maior vtrum populum, &c.* includenda sunt interpositionis nota. Horatius ab Antonio Musa clarissimo, ac præstantissimo medico edoctus, Baias, Campaniæ oppidum amœnissimum, ad cuius aquas, & ceteras delicias concurrebant homines voluptarij, ad eandẽmque ægri, quod essent saluberrime, con- fugiebant, edoctus igitur, Baias minimè sibi esse necessarias, nec ad valetudinem vtilis, cogitat Veliæ, & Salernum proficisci, ibique hiemare. Iccirco petit à Vala, vt scribat ad se, quæ sit illis in locis hiems, quod calum, &c.

NAM MIHI BAIAS, &c.] nam si quæras, cur Veliæ, & Salerni hiemare cogitem, & nõ Baijs, Antonius Musa ait, aquas calidas Baiarum mihi esse superuacuas: id est, ad voluptatem gignendam duntaxat valere: ad bonam valetudinem autem inutile esse. M. Tullius pro Cælio. *si fas est cum à me hominem defendi, qui nullum cõuiuium renuerit, qui unguentum sumserit, qui Baias viderit.*

ET TAMEN ILLIS ME FACIT] & tametsi de Antonij Musæ sententia Baiarum aquas cõtemnam, & relinquam: mihi tamen Baiæ quodammodo sunt iratæ, & me oderunt, quod frigidis aquis vtar per medium frigus. Suetonius in Augusto, scribit Augustum, quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactum esse.

QVI CAP. ET STOM. SVPP.] hæc vix intelligi possunt, nisi ab ijs, qui experti sunt, tametsi Horatius non obscure rem ipsam elocutus est. sed memini ego, cum vir clariss. Franc. Turnonius E. R. Card. ad quas Lucenseis de medicorum cõsilio venisset duos ab hinc annos, videre me in ijs locis ægros complurẽs, ex quibus alij de aquis illis bibebat, alij lauabatur, alij parteis corporis affectas, vt caput, ventriculum, renes stillicidijs supponebant, & quibus aqua in eas parteis demanabat. Eos horam vnã eodem, quo cœperant, situ manere necesse erat. dies quindecim, aut viginti id factitabant. fontes Clusini autem sunt in Etruria, à Clusio Etruriæ oppido nominati.

MYRTETA] loca myrtis cõsita, quæ sunt Baijs. liber Iannoçi, & nonnulli alij habent *myrteta*, quod idem valet. à murto Murria Venus.

CESS. NERVIS ELID. M.] elidere, id est, depellere è neruis. cessantem autem morbum intellige, vel longum, & aduersus remedia contumacem,

**A** tumacem & difficilem curatu: vel ab effectu, quia tardet, & cessare cogat. Articulorum dolores, qui manus, aut pedes infestos habent, significat.

**SVLF. CONT. VICVS GEMIT.]** Baia moleste ferunt, sulfura, id est, aquas sulfuratas, quæ dicuntur valere ad morbum articulorum leuandum, contemni, ac pro nihilo putari.

**MVTANDVS LOCVS EST]** alius locus mihi petendus est, quàm Baianus: vel alia via mihi iter faciendum est.

**DEVERSORIA NOTA]** deuersoria Baiana, seu potius, quæ sunt in via, quæ Baias ducit, vel mihi, vel ipsi equo nota.

**PRÆTERAGENDVS]** equus est agendus, id est, ducendus præter deuersoria nota.

**QVÒ TENDIS?]** verba Horatij, aut cuiusvis alius equitis, nota, & solita diuersoria præterire volentis, aut certè se velle simulantis, equumque sponte sua eò se conferentem, ac tendentem reuo cantis.

**B** **SED EQVI FRENATO EST, &c.]** sed equus equitis volutati obtemperat, non quod eius vocem audiat, aut intelligat, sed quod freno doceatur quorsum iter facere debeat. equus enim non aure, sed ore, in quo inest frenum quod sit eundem, sentit, frustra igitur eques vocem adhibet, frustra que stomachatur, cum freno solo quouis equum impellere queat. & fortasse obscure significat, equitem, quamuis sciat sibi frigidis aquis lauari expedire, calidas tamen persequi, & voluptatem vtilitati, bonæque valetudini anteferre: quod si quis probet, intelligere nos oportebit, hunc equitem, quamuis verbo neget se Baias proficisci in animo habere, re tamen, id est, consilio, & frenoviam Baianam equo præmonstrare.

**MAIOR VTRVM POPVLVM]** Velienfis, an Salernateis. & repete eum, quem dixi, versum, *Scrivere te nobis, &c.*

**PVTEOSNE PEREMNEIS]** vox *peremnis* ab anni originem ducit: iccirco cum m. & n. scribenda est, *peremnis*. Vnde *peremnia*, in auspicijs M. Tull. lib. 2. de nat. deor. *Nulla peremnia seruantur, nulla ex acuminibus.* Festus, *Peremne dicitur auspicari qui amnem, aut aquam, quæ ex sacro oritur, auspicato transit.* Idem *Petronia amnis est in Tiberim profluens, quam magistratus auspicato trāsēunt cum in capo quid agere volunt. quod genus auspicij peremne vocatur. amnē autē femininē antiqui enuntiabāt.*

**DVLICIS AQVÆ]** sic scriptum reperi in duobus codicibus manuscriptis, vno Vatic. & Iann. atque hanc puto rectam, ac germanam scripturam: non *Iugis*, ut est in vulgatis, & aliis calamo exaratis. nam cum *peremneis* puteos dixerit, superuecaneum sit addere, *Iugis aquæ.* quandoquidem *ingis*, & *peremnis* idem valent: neque verò est, quod quisquam mihi dicat, aquam *αχμορ*, id est, saporis expertem esse oportere, ut scribit Aristot. lib. *αει αιαθησ. και αιδνησ* non igitur dulcem. primum enim dulcem aquam appellat Latini, & *γλυκὺ ὕδωρ* Græci, quæ non est salia, à marina scilicet distinguentes. ut M. Tull. Verr. de signis. *In hac insula extrema est fons aquæ dulcis, cui nomen Arethusa est, incredibili magnitudine, ple-*

*nissimus piscium.* idem de natura Deorum libr. 3. *Alii autem solem, lunam, reliqua astra aquis alia dulcibus, alia marinis, &c.* Hirtius de bello Alexandr. *Nam puteis fossis aquam dulcem reperiri posse affirmabat: omnia enim littora natur aliter aqua dulcis venas habere.* Lucr. lib. 6. *Quod genus endo mari spirat fons dulcis aquæ: Quiscait, & salas circum se dimouet undas.* Virg. Æn. 1. *Intus aqua dulces, vinoque sedilia saxo.* Vitruu. lib. 8. cap. 3. *Supra se autem feruidum emittit in superiora loca vaporem, & ita si qui in his locis, qui sunt supra, fontes dulcis aquæ nascuntur, offensi eo vapore effervescent inter venas, & ita profuunt incorrupto sapore.* Galen. βιβ. θεεπ. μεδ. *ια, οἷος ὑδατῶδης πινόμενος ἀπάσας κινεῖ τὰς ἐκρίσεις, καὶ λεπτοῦς ἔνκρατον ἐν γλυκίως ὑδατος. εἰ δὲ καὶ μὴ ἀεσοκίον ποτὲ καὶ τὴν λέξιν τὸ γλυκὺ, ἀεσοκίον καὶ ἔστιν: id est, vinum sibi batur multa aqua dilutum, & balneum temperatum ex aqua dulci, omnem excretionem, quas appellant, ciet.* Deinde dulcis aqua non est semper accipienda, quæ sit reuera dulcis, & amaræ contraria: sed, quæ gustatu sit iucunda, quemadmodum ex Hippocrate cognoscere licet lib. *αει αει. ὑδατ. π. ομβρια ὑδατα κρυφῶτα, καὶ γλυκῶτα, καὶ λαμπρῶτα, καὶ λεπτότα, id est, aqua pluuia leuissima sunt, & dulcissima, & clarissima, & tenuissima.* Postremò Aldus Pius vir doctiss. qui olim Venetijs Græcarum litterarum naufragij reliquias collegit, nobisque tradidit: qui que Paullum Manutium, hominem eloquentissimum suæ probitatis, atque humanitatis effigiem nobis reliquit, iam pridem testatus est, ita scriptum esse in antiquo exemplari, quod habebat domi suæ: & præter eam rationem quam initio de eius sententia proposui, exemplū profert è Virgilio Daphn. *Dulcis aqua saliente sitim restinguere riuo.*

**NAM VINA NIHIL MOROR]** vina, quæ illic nascuntur, non magni facio: non desidero. sic Plaut. in Trucul. *satis est mihi tua salutis: nihil moror, non saluo.* Virg. Æn. 5. *nec dona moror.*

**RVRE MEO POSSVM, &c.]** huius loci hæc sententia est, Cum rure sum, & in villa mea, tenui fimo apparatu contentus sum, & quouis cibo, ac potione æquo animo vtor: sed, ad mare cum veni, exempli causa, in Campaniam, aut Lucaniam: vinum generosum & lene victumque mūdiorem, atque elegantiore sequor, ac desidero. Itaque versus proximus *Ad mare cum veni, nō est,* (ut fit vulgò) ab hoc diuellendus, sed cum eo coniungendus. Non dissimulabo autem in nonnullis libris vet. scriptum esse *quiduis sufferre p. q.*

**MANET]** diffundatur, dimanet, didatur in corpus, & animum. sed quomodo vinum in animum manate potest? re vera non potest. sed ex cōtagione corporis vini potu concalescenti excitantur animorum motus.

**MINISTRET]** suppeditet: præbeat. sed si vina illius oræ nihil moratur Horatius, qui potest in illis locis vinum generosum requirere? pugnant enim nihil morari, & requirere. Intellige meliora vina ex alijs locis eò supportari, quemadmodum fieri solet.

**ECHINOS]** de echinis sup. notauimus quædā ad Od. 5. epod. & alibi.

**A** PHΛΑΧΟΥΕ] corpore benè curato, & nitida cute, quales erant Phæaces, homines voluptarij, conuiujs, citharis, choreis, & ceteris delicijs, ac luxuriæ dediti. vide Hom. ὀδυσσ. β. & sup. ann. ad epist. 2.

**ACCREDERE**] vtitur hoc verbo & Lucret. lib. 3. facile hoc accredere possis, Semina sæpe in eodem, vt nunc sunt, ordine postea. & Plaut.

**MÆNIUS, VT REBUS, &c.]** quidam hæc, quæ sequuntur, à superiore epistola separant: sed minus rectè. vna est enim epistola vsque ad eam, quæ est, ad Quintium. coherentem autem hæc cum versiculo illo, *Pinguis vt inde domum possim, &c.* Ac proponit exemplum luxuriosi cuiusdam hominis nomine Mænij, cognomine Pantolabi, cui se in eo similem esse dicit, quòd quemadmodum ille, cum habebat, vnde sumtum faceret, sumtuosissimè, & luxuriosissimè epulabatur: cum res deerat, parsimoniam victus, & frugalitatè colebat: ita ipse, cum defunt facultates, victu tenui, & modico contentus est: cum abundat autem, & cum

**B** aliquid amplius, & lautius nactus est, diuitum fortunas ait se laudare, & in pecunia, & fundorum fructibus benè, beatèque viuendi facultatem collocare. Porro huius Menij nobilitata est multorum scriptorum literis luxuria: ab eoque Meniana dicta esse putantur. M. Tull. Acad. 2. *Vt enim ij, qui nisi sub nube solem non ferunt, ite ille (Antiochus) cum est uar, veterum, vt Menianorū, sic Academi corum umbram secutus est.* Sextus Pompeius, *Meniana adificia à Menio sunt appellata. Is enim primus vltra columnas extendit tigna, quo ampliaretur superiora:* Hinc columna Menia, seu Meniana, ad quam Triumuii capitales de eorum maleficijs, qui ciues Romani nō erant, cognoscebant: quam solam Menius amplissimo patrimonio consumpto, & domo vendita exceperat, vnde spectaret gladiatores. M. Tullius columnam nominat simpliciter in Cluentiana, *Manilium plerique noratis, non ille honorem à pueritia, non studia virtutis, non vllum existimationis bone fructum vnquam cogitabat: sed expetulant, atque improbo scurræ, in discordijs ciuitatis ad eam columnam, ad quam multorum sæpe conuicijs perductus erat, tū suffragijs populi peruenerat.*

**C** Idem de accusatore in Verr. constit. Meniam columnam dicit: *vobis autem tanta inopia reorum est, vt mihi causam præripere conemini potius, quam aliquos à Columna Menia vestri ordinis reos reperiatis?* ad quem locū Asconius, *Menius cum domum suã venderet Catoni & Flacco censoribus, vt ibi Basilica adificaretur, sibi exceperat ius vnius columnæ, super quam tectum projiceret ex pronolantibus tabulatis, vnde ipse & posteri eius spectare munus gladiatorij possent, quod etiam tū in foro dabatur. Ex illo igitur columna Menia vocata est.* Alij Menianam columnam, & Meniana ædificia à C. Menio P. F. qui censor fuit cum L. Papirio Crasso an. ccccxxxv. cui propterea quòd de Antiatis, alijsque prisca Latinis triumphauit, columna data est, dicta esse volunt. qua de re lege Plin. lib. 34. Vtūm autem Menius sine diphthogo, an Mænius cum diphtongo scribendum sit, viderint docti. in marmoribus quidem antiquis Mænius cum diphthongo æ. in-

cifum sæpe legi.

**FORTITER**] strenuè, impigrè, non timidè, neque ignauè. Sed videtur improprie dictum. Nam, vt docet Aristoteles libr. 4. de moribus ad Nicomach. Fortitudo versatur in rebus & terribilibus & fiduciam afferentibus: non in pecunia. itaque dicimus proprie aliquem fortiter periculum adire pro patria: non fortiter pecuniam largiri, aut profundere. hoc enim est liberalitatis, & profusionis. Nam liberalitas in pecuniæ donatione, atque acceptione versatur. Idem libr. 2. de reprob. disputans contra Platonem, disertè dicit non licere, seu non esse pote, leniter, aut fortiter vti patrimonio suo, aut re sua familiari: moderatè autem, & liberaliter, licere. Itaque necessarium est hos duos vsus tantum in re familiari, & pecunia versari, nempe moderatum, seu temperatum, & liberalem, quorum tamen vtriusque contrarij intelligendi sunt in eadem re locum habere, nempe fieri posse, vt quis dicatur & largiri pecuniam profute, & dare parce atque illiberaliter: & item immoderatè, seu intemperanter pecuniam profundere, & contrà, &c. Verba Aristotel. hæc sunt libr. 2. Politic. *Ἐπι μόνων γ' εἰσὶν ἕξεις ἀρετῶν καὶ τῶν ἄλλων χρησθῆναι ἀδύνατον, οἷον οὐσία καὶ ἀρετῆς, ἢ ἀνδρείου καὶ δειλίας, ἢ σωφροσύνης καὶ ἀφροσύνης, ἢ εὐθυμίας καὶ ἀκαταφροσύνης, ἢ ἀνδραγαθίας καὶ ἀνδραγαθίας, ἢ ἀνδραγαθίας καὶ ἀνδραγαθίας, ἢ ἀνδραγαθίας καὶ ἀνδραγαθίας:* id est, Nam soli hi habitus [frugalitas & liberalitas] in vsu bonorum, sunt laudabiles & expetendi. Verbi gratia, non est, seu non licet leniter, aut fortiter bonis ac facultatibus suis vti, frugaliter verò & liberaliter licet. Quare & hos vsus necessarium est in bonis, & pecunijs versari. Quid igitur dicendum? vel fortiter Horat. posuit improprie pro effusè: seu profute: vel eò spectauit, quòd qui rem suam dissipat & perdit, se ipsam perdit, & interimit quia vita sine re tolerari non potest. quemadmodum igitur dicitur qui mortem fortiter oppetere, qui se offert in discrimen vitæ, pugnans pro patria: ita & qui rem suam effusè dissipat, dicitur hic ab Horatio fortiter patrimonium suum absumere, quia hoc facto moriatur necesse est. proprie dixit sat. 3. *nil verbi percas quin fortiter, addam.*

**VRBANVS**] εὐσεβῆς ἀπλοῦς, vt risu mouendo sibi ad diuitum mentes aditum compararet.

**COEPIIT HABERI**] cæptus est haberi. sic enim antiquiores loquebantur.

**SCURRA**] βωμολόχος, alienarum mensarum insidiator: qui risum mouebat diuitibus, pastus causa. sat. 7. lib. 2. *Scurra Volanerijs*. quamquam scurræ nomen etiam vrbans hominibus, & facetis tribuebatur. Plautus Trinummo. *neque per iurijs, Quam vrbani assidui ciues, quos scurras vocant.* Idem Mostell. *Tu vrbans vero scurra, delicia populi, Rus mihi obiectas?* Idè Epidico. T. *Scurra es.* E. scio te esse equidem hominè militare. M. Tul. pro Quint. *Nam neq. parum facetus scurra Sextus Neuius, neque inhumans praco est vnquam existimatus.*

**VAGVS**] modò hanc, modò illam mensam cōfectans: vt statim interpretatur.

**NON QUI CERT. PRÆSEPE TEN.]** declarat vocem, quæ antecedit *vagus*. non enim domi suæ cibum capiebat, sed mensas alienas frequentabatur

D

E

F

**A** Et abatur: neque semper easdem, sed alias, atque alias. & est tralatio ab equis, per quam significat, homines gatturis vitio, & abdomini deditos, bestiarum esse simileis.

**IMPR. NON QUI CIVEM, &c.]** id est, qui fucus, & impransus ita ferus erat, & inhumanus, ut ciuem ab hoste non distingueret, sed cuius petulantissimè malediceret: atque hæc tam libera, atque impunita petulantia, ac maledicentia, facilem ei ad diuitum mēsas aditum patefaciebat, ne quod in se crimen confingeret, metuentium. extat epigramma Græcum lib. 2. hac sententia, nos vesperi, cum bibimus, homines esse: manè autem, dum fici sumus, feras inter nos esse. *Ἀνθρώποι δειλῆς, ὅτε πίνομεν· ἡ δὲ γέννηται ὄρθρος, ἔσσι' ἀλλήλους θῆρες ἐγερόμεθα.*

**FINGERE SÆVVS ]** sæuus in confingendis in quemuis criminibus, & congerendis maledictis: atque iccirco diuitibus horribilis.

**BARATHRVMQVE MACELLI ]** id est, qui, quæcumque è macello obsonia petuntur, deuoraret, & in ventrem, tanquam in barathrum quoddam conijceret, atque abderet. fuit autem barathrum locus in terram altissimè depressus Athenis, in quem præcipientes detrudebantur malefici, & scelerati. Commemoratur Pausanias in Arcad. barathra quædam ad Phœneum urbem, quæ *χεροπιπτά* appellat, id est, manufacta, eo cōsilio ab Hercule instituta, ut aquam ex propinquis montibus defluentem, agròsque Phœneensium obruentem exciperent. Barathrum (inquit Sex. Pompeius Festus) appellant Græci, locum præcipientem, vnde emergi non possit, dictum ab eo, quod est *βαθύς*.

**QUICQUID QUÆSIERAT ]** quicquid lucri fecerat, quicquid labore, aut opera sua pepererat.

**HIC V. NEQV. FAVT. ]** Hic Manius cum diuitibus, qui plerumque nequissimis hominibus velutilenonibus, scurris, aleatoribus, ganeonibus fauent, ac benignè faciunt potius, quam vitis bonis. &c.

**TIMIDIS ]** sic repeti scriptum in duobus cod. Vatic. & Iann. Faern. Tornel. non, ut alij librorum arrogantissimi corruptores, reposuerant, *tumidis*. ac testatur quoque P. Victorius, quem semper honoris caula nominatum volo, ita scriptum esse in vno, atque altero codice antiquo: idemque hunc locum hoc modo explicat, intelligere oportere scurras eosdem fuisse, & sycophantas: quos diuites, propterea quod sibi ab eis metuerent, studiosè, & crebrò ad cenam vocabant, & liberaliter, prolixèque accipiebant.

**PATINAS CENABAT OMASI VILIS, &c.]** tanta erat huius scurræ edacitas, ut cum epulæ lautiores, cariorèsq; eum deficerent, maximam sibi vilissimorum, & plebeciorum ciborum copiam apponendam curaret. agninum omasum dixit, ut distingueret à bubulo: de quo Plin. lib. 8. cap. 45. Horat. sat. 5. lib. 2. *Sen pingui tentus omaso Furius hibernas cana niue consuet alpeis. Patinas omasi cenare dixit, ut epist. ad Scævam, Si pranderet olus. & epist. 2. lib. 2. Emtum cenat olus. & sat. ult. lib. 2. Nos (inquam) cenamus aueis.* Sed non est dissimulandum, in aliquot libris manuscriptis, ita

legi, *patinas cenabat omasi, Vilis & agnina, &c.* quæ scriptura fortasse recta est: in voce *agnina* autem subintelligendum, *carnis*. de omaso supra ad sat. 5. lib. 1. Præterea quidam legunt *tabulas*, pro *patinas*: quo nomine scilicet maior significaretur edacitas. Græci *πίνακας* dicunt.

**TRIBVS VRSIS QVOD SATIS ESSET ]** edacitatem hominis declarat loquendi genere hyperbolico.

**SCILICET VT VENTRES ]** ita scilicet, ut nepotum luxuriam supplicio acerrimo coercendam esse diceret, inopia & egestate correctus, id est, ut Græci dicunt, *σωφρονισθεῖς*, vel potius corrector, ut mox dicemus. coniunge *ventres*, cum patrio casu *nepotum*.

**LAMNA CANDENTE ]** lamina candente. genus cruciatus fuisse apparet vel ex illis verbis Ciceronis lib. 5. *accus. quid, cum ignes, candentesque lamina, ceterique cruciatus admouebantur?* quamquã eo loco Ciceronis quidam libri habent, *ardentesque*. quam scripturam non probo. lamina enim candens dicitur, non ardens. Erant autem lamina, crustæ ferreæ, quæ igni candefactæ, admouebantur nocentium corporibus.

**CORRECTVS ]** hunc locum in omnibus libris vulgatis & manuscriptis, in quibus legitur partim *correctus*, partim *correptus*, deprauatum esse puto, & emendandum, *corrector*, ut sit ironia, hoc modo. vbi nihil abstulerat à diuitibus, & profusus hominibus, & nihil habebat opipari, quod esset, nepotes & luxuriosos dicebat esse castigandos, & grauibus supplicijs afficiendos, ut corrector quidam, & magister morum. sic Terent. Adolph. *si illud, quod est maxime opus, iactu non cadit illud, quod cecidit forte, id arte ut corrigas.* Dem. *Corrector. nepe tua arte, &c.* Nuper quidem paullo ante hanc secundam editionem, ita scriptum vidi in vno antiquissimo codice manuscripto.

**MENIVS IDEM ]** quidam libri veteres habent. *Bestius idem*. nonnulli sic, *diceret vrendos correptus, al. correctus Bestius idem, &c.*

**VERTERAT IN FVM. ET CIN. ]** confecerat, consumserat. *κατασπιδέν* dicunt Græci, ut mihi nuper indicauit Scaliger F. Æschylus *κατασπιδιμένος* pro mortuis, & sepultis vsurpauit. sic ille de fratribus Thebanis, *ἐκ ἀναμφιέκτους μὲν κατασπιδιμένοι:* id est, ἀφανισθέντες, seu de medio sublatis. Sed fortasse vertere in fumum & cinerem bona sua dicuntur planè decoctores. Præterea quid si dicamus, Horatium spectauisse illud sacrificij genus, quod fiebat Herculi propter viam, in quo id, quod ex epulis superabat, igni consumebatur?

**SI QUI COMEDVNT BONA ]** omnes codices manuscripti, quos quidem viderim, hanc scripturam tuentur, ac retinent: omnes viri docti probant: nonnulli tamen indoctissimi homines corrupta vera scriptura, *comedunt bene*, supposuerant. Est autem vsitatissimum loquendi genus bonis scriptoribus. *bona comesse*. M. Tull. pro Flacco, *Quid attinuit hanc urbem relinquere, libertate tam præclara carere? adire periculum navigandi? quasi bona comesse Roma non liceret.* Idem epist. ad Pap. Prætorum, lib. 9. *sed cura si me amas, ut valeas, ne ego te iacente bona*

A *bona tua comedim.* sic enim legit Non. Marcellus. Catull. in Cael. *Ut ista vestra diffututa mentula Ducenties comesset, aut trecenties?* Iterum M. Tullius in Sextiana, *utrum ego tibi patrimonium eripui Gelli, an tu comedisti?* Nonius, *Edæpol qui paternam comest pecuniam, &c.* Græci dicunt *καταφαγῖν τὴν οἰκίαν*, & *κατὰ δὲν τὰ πατρῶα*. Itaque comedum, & comedonem, bona sua consumentem veteres dixerunt, ut ait Festus.

CVM SIT OBESO NIL MEL. TURDO] turdum & vuluam exempli causa posuit, ut elcas & gratissimas, & lautissimas. de turdo dicere nihil est necesse, vuluam suillam autem apud Athenæum laudat Arcestratus ὁ δολοδύραλος, id est, obsoniorum optimus artifex, eamque *μητρὰν ὕδρος* nominat. *Γαστήρ καὶ μήτραν ἐρεμύω ὕδρος ἐν τε κυμίνω, ἐν τ' ὄξει δορυμῆϊ.* id est, ventrem, & vuluam profundam suis, in cumino & aceto. obeso autem, id est, pingui: quamuis aliter vsurparit Nævius apud Gelh. lib. 19. cap. 7. *Corpore, pectoreque vndique obeso, Ac monte exfensa, tardigemulo senio oppressum.*

B NIMIR. HIC EGO SVM] nimirum (inquit Horatius) huic Mænio simillimus sum. admonuimus alibi prouocabulum *hic* apud hunc poetam, referri semper ad id, quod antecedit.

SATIS INTER VILIA FORTIS] satis fortiter, satis forti animo, satis patienter vilibus cibis famem explens.

VNCTIVS] delicatius, sumtuosius, apparatus. sic Catullus per vncta patrimonium, ampla & opima significat, in Cæsarem. *Quid hunc (malum) sonetis? aut quid hic potest, Nisi vncta deuorare patrimonium?* Horat. in epist. de arte poet. *Si verò est, vnctum recte qui ponere possit.* vnctum interdum vnguento delibutum: ut epist. ad Scævam hoc lib. *accedes siccus ad vnctum.* translato dixit M. Tullius ad Brutum. *Iam enim erat vnctior quadam splendidioreque loquendi consuetudo.*

VOS SAPERE] quasi vera sapientia, & vera virtus sit, diuitem esse, & habere unde tibi bona facere possis.

BENE VIVERE] bene viuere hoc loco valet, beatè viuere, non, ut apud M. Tull. lib. 2. de finib. *Hos ego asotos bene quidem viuere, at beatè numquam dixerim.* Idem tamen eodem lib. paullo post illum locum, ostendit ex Lucillij sententia numquam bene cenasse Gallonium, hominem luxuriosum, quia *quod bene* (inquit) *id rectè, frugaliter, honestè: ille porro male, prauè, nequiter, turpiter cenabat.* Plato item in Critone vult hoc solidum, ac fixum esse *τὸ εὖ ζῆν, τὸ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν ταῦτ' ὅν εἶναι*: id est, bene viuere idè esse, atque honestè & iustè viuere. Item apud Aristotelem *εὖ ζῆν* valet beatè viuere.

QUORVM CONSPICITVR NITID. FVND.] i. quorum pecunia ab incerto aliquo questu non pendet. sed in prædiorum, ac fundorum fructibus posita est. nitidas autem villas appellat, refertas, vberes, opimas, & fructuosas.

## 16 AD QVINCTIVM.

NE perconteris, fundus meus, optime Quincti,

*Aruo pascat heru: an bacis opuletet oliuæ: Pomisne, & pratis, an amicta vitibus ulmo:*

*Scribetur tibi forma loquaciter, & situs agri.*

*Continui montes, nisi dissocientur opaca Valle: sed ut veniens dextrum latus aspiciat sol:*

*Leuū discedens curru fugiente vaporet.*

*Tēperie laudes. quid, si rubicūda benignè, Corna vepres, & pruna ferant? si quercus, & ilex,*

*Multa fruge pecus, multa dominum iuuet umbra?*

*Dicas adductum propius frondere Tarentum.*

*Fons etiā riuo dare nomē idoneus, ut nec Frigidior Thracam, nec purior ambiat Hebrus,*

*Infirmo capiti fluit utilis, utilis aluo:*

*Hæ latebræ dulces, etiā (si credis) amœnæ*

*Incolumem tibi me præstant Septembribus horis.*

*Tu rectè viuis, si curas esse, quod audis.*

*Lactamus iam pridem omnis te Roma beatum.*

*Sed vereor, necui de te plus, quàm tibi, credas:*

*Nè ve putes alium sapiēte, bonoque beatum:*

*Neu, si te populus sanū, recteq; valentem*

*Dictitet, occultā febrē sub tēpus edendi*

*Disimules, donec manibus tremor incidat vnctis:*

*Stultorum incurata pudor malus ulcera celat.*

*Si quis bella tibi terra pugnata marique*

*Dicat: & his verbis vacuas permulceat aureis:*

*Tēne magis saluum populus velit an populum tu:*

*Seruet in ambiguo, qui consulit, & tibi, & vrbi,*

Zz Iupiter